Quaestio Medica

Cardinalitiis disputationibus Excutienda In Scholis Medicorum Die martis 10° Junij.

Clarissimo viro D. Claudio Rousselet

Moderatore sapientissimo. 260

An ὀργασμὸς et πεπασμὸς Purgationis scopi?

Qui succi vitae fautores functionumque propugnatores aeterni, quandiu naturae imperio coërcentur, sunt iidem civilis discordiae fomites comitesque individui, dum genuinâ commoderatione defraudati adulterinam sortiuntur qualitatem: Cuius ministerio partibus morbum inurunt, qui διάθεσις ~~[illegible]~~ est praeter naturam sola actiones laedens; sive impressa mali labe ~~[illegible]~~ tanquam in aurae, sive morbo adhaereant eique proxime connectantur: unde affectuum alij, ut Hectici, ponderibus librati sunt, absque ullo fomite subsistunt, solaque alteratione fatiscunt et aboleantur: alij sua causa continenti, ut febres continuae stabulanti in vasis corsuccidi, intermittentes (cuius longitudinem durationis anticipatio, quae fit a materiae copiâ et qualitate, solius circuitum causa) extra vasa in habitu et circum praecordia delitescenti, addicti sunt, vim insequent, nec deleantur, nisi prius hac illorum ~~filia~~ filix radicitus purgatione tollatur.

Est enim purgatio soli Cacochymiae consecrata, cum delectu saevinam humoris vitium potiuntur, nec succos quosvis, ~~et~~ ut phlebotomia promiscuè extirpans. Quae ut sapienter instituatur, sedulò perscrutanda sunt, corporis totius natura, humoris dogeneris qualitas, ~~et~~ et medicamenti actu, non potestate, purgatorij facultas, ut congruenti analogiâ mutuò conveniant: Cum varii succi, variae cacochymiae species exsuscitant: Iterum bilis per summa corporis offusa luem varietate inquinata pituita prorumpit: Elephantiam melancholiae vaporata qualitate: hydropem ἀνὰ σάρκα aqua lenta ubique exsudans: Quae inde varia cathartica, bilem chologoga, pituitam phlegma~~ti~~goga, melancholiam melanagoga, aquas denique hydragoga non ingrata totius substantiae, similitudine alliciant.

Ineundae purgationis opportuno tempore definiunt ὀργασμὸς humoris morbifici et πεπασμὸς. Eiusdem mitificati ὀργασμὸς est ~~[illegible]~~ concitatio et vis effera materiae indomitae in varias partes praecipiti motu furentis, ut saepius ~~[illegible]~~ principum partium robur conspiciunt crebram symptomatum vicissitudinem infligat παράνοιαν si ~~[illegible]~~ per cerebrum effundatur: syncopen si cor labefactet: hepatitim si hepar; ut nauseam, vomitum, si stomachum ferocius saevius invadat. Quoties quidem periculum imminens, ut tutò arceatur, protinus vel iam primo morbi tempore, hae tota furore percita materia, purgatione excludenda erit: tota illius residuum si quietum sua quo~~que~~ loco steterit, ~~et~~ et amandetur, soli coctrici facultati erit committendum.

Coctio duplex est πέψις et πεπασμὸς. Utraque caloris natui, qui ~~[illegible]~~ Elementaris est, opus. Illa alibilis est substantiae in corporis viventis naturae ~~permutatio~~ permutatio quod extemplo dilapsum exarescerit; nisi perennis cibi appulsus triplicis substantiae facturam solaretur. Haec ductus est vitiosi humoris in commendatiorem naturae statum. Natura siquidem sugitur est crudos humores, qui successive nequeunt in substantiam corporis, domare totusque demulcere: si veram putrescens succus, phlegmones materia putride, ulcerumque saniei, in puro naturae convenientiae convertuntur: Ceteri vitiosa mediocrationem quandam sortiuntur et tandem, aut naturae impetu, aut cathartico vincta, victaque excluduntur.

Cum igitur fidissimum purgationis subsidium externis totius expectant ὀργασμὸν et ~~πεπασμὸς~~ πεπασμὸς ut iis tutò ~~opitulentur~~ opitulemur, utriusque signa prius innotescat necesse est. ὀργασμὸν ~~[illegible]~~ quidem ineunte morbo, tormina, vellicationes, anxietates aliaque crebra hinc illinc pro varia humorum palindromo, anadromo, incommoda; saepius non sine motu momentaneo insalubriore exitus. Πεπασμὸν vero densissi doloris, maxime pus aut pure finitima materia in urinis faecibus sputis contenta. Urinae, ut in febribus putridis, varios gradus; faeces, ut in dysenteria, ab atrabile exitiosa, variis inferioris sputa, ut in puris sputo, post sanguinis sputum salutari, λαμπρευτικῶν ~~[illegible]~~ instrumentorum crudam coctam ve materiam constantes testantur. His itaque scintillantibus, materia turgens aut cocta purgatione extirpabitur, ut tandem ad vitae corporis totius, partiumque multi iam triumphati ~~[illegible]~~ beneficio consopita, resipiscant.

Quare ὀργασμὸς et πεπασμὸς Purgationis scopi.

Proponebat Martinus Ακακια Lutetianus. 1597.